

commiff. Alberic. de Rosatis in rubri. C. de naturalibus liberis. Vide Oldraldi cōfil. 196. vbi in nobili qui cognouerat pau perculam mulierem, quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis, & conducebat operas suas ad menses, & vivebat de laboribus manuum suarum, cōcludit quod filius ex ea est spurius & nō naturalis, vnde in dubio præsumitur filius spurius Alciatus regu. 2. præsumpt. 5. ad fin. nec obstat. l. si quis ingenuam. ff. de captiu. & post Liminio reuers. quia verè & necessario intelligendum ibi est seruā illam fuisse retentam domi pro concubina, postquam filium ex eadem genitum vocat naturalem Iureconsultus, idque ex fundata iuris ratione necessario intelligendum est: ita tenet Arstin. consi. 48. & Baptista de Sancto Seuerino in d. l. si qua illustis. paulò post principium, cōtra glo. in dict. l. si quis ingenuam, quæ non est vera, & ita intelligit Alciatus d. præsumptio. ad fin.

Hæc de iure ciuili, & nostro iure partitarum recepta erāt, iure autem canonum filius naturalis dicitur, qui olim spurius dicebatur, scilicet ille qui natus est ex soluto, & soluta, inter quos matrimonium contrahi possit. cap. innotuit. de electione. cap. tanta qui filij sint legitimi, quod de generali consuetudine receptum est in tetrīs imperij: Abba in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi, & ita fuisse iudicatum in Senatu Pintiano asserit Xua rez noster in. l. 5. titul. 6. foro legum. libr. 3. quæ canonum decisio iure nouo Hispaniæ recepta est in. l. 11. Tauri. Ob idq; immutato hodie iure immutabitur præsumptio, & stante dict. l. 11. Tauri. hodie quilibet præsumetur naturalis, non vero spurius, quia naturalis est hodie ex soluto & soluta, inter quos matrimonium licet, omnes autem nascimur soluti & soluta, & qualitates cum quibus nascimur perpetuò præsumuntur. gloss. communiter recepta & elegantissima in cap. si fortè. de

electione. lib. 6. & secundum hoc ius intelligendus est. D. Didacus de Couarrub. dict. §. 3. in principio, num. 1. cap. 8. par. 2. de sponsalibus. vbi ait potius quenquam esse præsumendum naturalem, quam legitimum. & authentica ex complexu, procedit in his nostris spurij, quos nos Bastardos dicimus conceptis ab his inter quos matrimonium constare non poterat. \* Et quamuis dixerimus omnes ex soluto & soluta præsumi esse genitos, lex tamen nostra Taurina. 11. quæ est. l. 9. tit. 8. lib. 5. Recopilat. requirit recognitionem, quæ tota pertinet ad factum vnde in Hispania nemo præsumitur naturalis, quia debet probari recognitio quæ consistit in facto. Vide copiosius in tracta. nostro de Hispan. nobilitate & exempt. glo. 20. num. 28. De hac recognitione, & de præsumptione, hac pro naturali quantum iure ciuili, canonico & regio sit admittenda: Si tamen is naturalis actor sit, & eum esse naturalem, sit fundamentum actionis iure credo quod probare illud debet, vel si sit reus, & sibi resistat ius, Angelus per text. ibi in. l. liber. ff. de his qui not. infam. Roland. a Valle consi. 32. numer. 14. lib. 3. vnde ad nobilitatem siue reus, siue actor probat Tellius in. l. 11. Tauri. At verò in alijs causis si sit reus & possessor, nec possideat contra iuris præsumptionem, tunc pro ipso est præsumptio tenent quos refert Tellius dict. l. 11. num. 3. & Menochius de arbit. iud. lib. 2. centu. 2. casu. 194. num. 32. Mantica de coniectura. lib. 6. cap. 11. num. 33. Idemque in dubio existimandum est, & ita intelligi debet quæ tradunt Alciat. regul. 2. pt. 5. num. 8. Menchaca illust. quæst. 85. num. 10. 14.

\* & 15. \*  
22 Immo si rectè inspiciamus hij omnes, siue naturales, siue spurij sint, nihil refert, cum legitimi ex legitimis nuptijs procreati non sint. Verè non sunt iuxta naturæ leges procreati: nam licet maris & foeminae coniunctio & procreatio liberorū